417 Exc: ac Cl. Dne.

Pudore suffusus imperio Tuo pareo, enixè super alloqio, quo me cohonestare dignaris, expeltans, horam, quamcunque libuerit, tibi à Meridie opportunam, mihi gratissimam futuram significari. Erit, ut intr nos mutuo tum prima inchoandæ necessitudinis ac contrahendæ amicitiæ fundamenta jaciamus; quibus quantopere faciendis diutius hic anhelaverim; nec hic satis nec alibi unquam ex æquo dixerim. Vale et salve ab eo, qui intr sacra sua hoc æternum colit; Principibus placuisse Viris, quorum te numero minus exemptum habet. Excellentiss. ac Cl. Dne,

Tuus ex observ.tia et cultu,

raptim ex Tuo Rob. Keuchenius JCtus.
hospit.

Ad D. Hackenbergium

418. Ex. ac Cl. Dne Fautor et Amice Incomparabilis.

Binas tuas Salutationes recte vidi, gratias agens pro amore, quo non solummodo me coram dignatus es, sed et absens prosequeris. Res nostræ quarum mentionem facis in literis ad Pontif. nostrum datis, tardè procedere videntur absente inprimis Sereniss. Tuo Principe Electorali, cui nunc ante semiannum destinatæ sunt. Juvat tamen usque morari, nec in Belgicam abeundi necessitas urget, prius ac optimum illud munus nactus fuerim, Tuum erit, quod ardentissime obtestor Sereniss. ipsi commonefacere super eo mihi promisso donario, ne spe tam longè expectata planè frustratus videar. At nundinis instantes Francofurtum excurram, Typographis nostris Belgis Del. Pal. Excudendas tradituris, reportaturusque Galliam, quam tibi reddiens coram offeram. Ipso hybernare in Palatinatu adhuc dabit, revalescente meo Fratre, qui nuperrime

486

perrimo meum reconciliaty, primas ad me literas trans-
scripsit. Vale Vir Optime, Deo Spribgij tuis et si tanti
mereatur, amare perge Constanter et sincere

Raptiss.
Heidelb. 26 Aug. 1670.

Tuum Rob. Keuche-
nium.

ad D. Hackenbergiū.
Genevæ.

Clarissime Dñe, Amice Incomparabilis 419.

Ad diem horamq̄ indictam Te domi nostræ op-
perior, Palladam præsentaturus non e cerebro Jovis,
vel Serenissimi tui Jovis enatam; sed eam quam
Palatinæ meæ peperere Musæ. Vereor eundem siet
infelicissimis abortus, sed te judice ac susceptore tan-
tum mihi gratulari restat, quod sciam, Divinissi-
mi Principis Clementiam humanis longe debili-
tatibus ac erroribus superiorem futuram. Omnia
disruptis sonuere poëmata Chordis. Nolui tamen
perituræ parcere chartæ, sed illud præstare, ad quod
me fas et æquum, et ipsius Apollinis Palatini
Benevolentia invitavit. Tu interim:

Da (pote) Pars aïe, Mea spes, mea Vita fidesq;
Electorales tangere posse Manus;
Da (pote) Te penes est CAROLI vi, Principis ore,
Posse Palatinam me tetigisse Fidem
Et Divam tetigisse manum, Qua Palladis arte,
Prima vel æternæ Pars mihi Pacis erit:
Nil moror ulterius, quam post mea Pallada solem
Posse videre Tuum, posse videre meum.

Hodie in deliciis Palatinis demoror Centuriā et
ultrā, diversorum poëmatum numero Alpha-
bethico dispositorum: Ad hoc opus absolvendum
opus mihi erunt Marq. Freheri origines Pal.
et alia huc spectantia, q propediem à Te trans-
mittenda expecto. Nobiliss. Dom: Vice C. sive
Procancellarius Peil, ut et Magnificus impræsens
Acad. Rector, sua contulere, Tu Tua quoque oblaturus
sis, nullus addubito. Interim Vale animule mi, et
quod constanter agis, me amare persevera. Die Lunæ postr.

Tuus liber Tuus ac ... ex ... Keuchenius: ad Eundē ibid.